



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

11. An Episcopus possit dispensare in suspensionibus, & irregularitatibus
virtute Concilij Tridentini, sess. 24. c. 6. tantum in foro conscientiæ, &
intra Diœcesim? Et an dicta facultas possit ...
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](#)

302 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

de Reformat. volens, ut antiquior Episcopus in propria Diocesis existens ex suffraganeis approber causas absentiae Archiepiscopi, dixit: *Episcopo antiquiori residari, Vbi ea particula, residenti clare demonstrat opus esse, ut intra propriam Diocesim existat. Non enim alia dicetur residenz. Et ita hæc omnia docet Sanchez in Summa, tom. I, lib. 2, cap. 5, 1. num. 16. Vide etiam Mazuchellum, tract. de cas. referu. disput. 1. quæst. 3. diffic. 10. num. 29.*

RESOL. X.

An Episcopus possit uti hac facultate Tridentini cum suis subditis existentibus extra Diocesim?
Et an possit Episcopus sive existens in propria Diocesim, sive extra illam dispensare super irregularitate subditorum, sive extra Diocesim, sive intra existentium?

Et an sit necessaria Sacramentalis confessio ad gaudendum tali facultate? Ex part. 7. tract. 2. Ref. 9.

Sop. hoc in §. 1. **N** Egatiq; responder Castrus Paulus tom. 1. Ref. seq. si gnante & cursum ad in. 10. §. 2. Ceterum mihi probabili est illa verba in Diocesi sua, limitatoria esse facultatis absoluendi, quod mihi persuadere, quia illa verba ibidem apposita in foro conscientie limitatoria sunt, quia ex vi illorum non prodest absolutio pro foro externo. Ergo etiam sunt limitatoria in Diocesi sua. Addit, nulla clausula in decreto superfluere debet, imo neque vila syllaba, ut recte expedit Thomas Sanchez lib. 3. de matrim. disp. 46. n. 6. Sed superfluerunt illa verba, si potestas absoluendi, non limitaretur, vel ad subditos existentes in Propria Diocesi Episcopi, vel ad Episcopum existentem in sua Diocesi. Ergo ad unum e duobus limitanda est. Minorem probo. Nam concessa Episcopo facultate absoluendi à censuris, potest absoluere quemcumque subdito, quomodocumque sit subditus, vel ratione domicilij, vel ratione habitacionis, ita ut si sit subdito ratione domicilij, possit absoluere illum ubilibet existentem, quia non amittit subjectionem, si sit subdito ratione habitacionis, dum actu habitat, quia tunc est subdito. Ergo illa verba, in Diocesi sua, nihil operantur. Ergo superfluent. Hoc autem non est dicendum. Ergo dicendum est limitacionem facultatis absoluendi ad unum e duobus, vel ad subditos existentes in sua Diocesi, vel ad seipsum in sua Diocesi existentem referendam esse.

2. Verum sententiam affirmatiuam docet Sanchez in summa tom. I, lib. 2, cap. 11, n. 17. putat enim Episcopum posse uti hac facultate concessa à Concilio; et si subditi extra Diocesim existant. Igitur Concilio, verba, in Diocesi sua, explicanda sunt, erga subditos sua Diocesis. Probatur hec opinio, quia si Tridentini contextum attinet inspiciamus, potius ea particula, in Diocesi sua, videtur ad Episcopi personam referri, ut exigatur ipsum esse intra Diocesim, quam personas subditas. Sic enim ait contextus: *Liceat Episcopis, &c. quoscumque sibi subditos, in Diocesi sua absoluere.* Bi aduerto post particulam, *subditos*, esse virgulam diuidentem eam à particula, in Diocesi sua: quasi hæc illi non coniungatur. Item quia ait, in Diocesi sua: at Diocesis potius dicitur Episcopi propria, quam subditorum. Deinde quia ratio congruentia, quam adducit Suarez potius suader Diocesim referit ad Episcopum, quam ad subditos. Quia ad maiorem pacem, meliori mœni ordinem, potius spectat, ne Episcopus extra suam Diocesim existentes, &c. Si ergo dicimus non referri ad Episcopum, ne verbis tam ambiguis eius potestas limiteatur, & corrigantur iura voluntariam iurisdictionem extra

Diocesum exerceri concedentia; Similiter dicendum est, non referri ad subditos: ne potestas Episcopi in suos subditos coarctetur, & corriganter iura, quæ ad exercendam iurisdictionem voluntariam in subditos, non attendunt locum, in quo ipse Episcopus, vel subditi sunt, sed iurisdictionem in personas. Quare legitimum sensum eorum verborum esse existimo: *Quoscumque sibi subditos in Diocesi sua.* Ut nullatenus iurisdictionem Episcopi limitent: sed tantum velint, ut Episcopus possit absoluere quoscumque sibi subditi, & quomodocumque sibi subdantur: nempe, vel quia sunt ordinarij subditi, ut pote qui ibi domiciliū habent: vel qui subduntur quod solum penitentia forum: ed quod in sua Diocesi inuenientur tanquam aduenæ, & peregrini.

3. Hinc deducitur, ait Sanchez, posse Episcopum Sop. hoc prædicta facultate uti, eti tam ipse, quæ subditi sint extra Diocesim, quod etiam notauit Doctor P. The- Refolutio- nibus non præterita, in editio- ss. & pro parte in- partem in- partem in- partem in- anno

saurus in Praxi de Poenit. part. 1. c. 23. §. 6. Et idem ego vitramque sententiam tam Palao, quam Sanchez §. 5. & pro probabilem & tutam in praxi esse existimo: sed circa presentem questionem vide Fagundez in Precep. Decal. pr. 2. lib. 8. c. 8. n. 34. cui addit Boissium de Tuleo, fct. 1. cas. 10. §. 6. n. 167. & seq. qui n. 166. optimè notat non esse dubium posse Episcopum sive existentem in proprio Diocesim, sive extra illam dispensare super irregularitate subditorum, sive intra, sive extra Diocesum existentium, quidquid minus considerate dixerit Riccius tract. de iure personarum, lib. 5. cap. 16. n. 4.

4. Ex supradictis infertur etiam si vera esset opinio quod Bulla Cœna non derogat huic Decreto Sup. hoc in Concilij, & non esse necessarium ad gaudendum tali facultate confessionem Sacramentalem: infertur inquam quod Episcopus Panormitanus Roma existens posset absoluere ab hæresi occulta, suum subditum existentem Panormi, vel Episcopus existens Panormi, absoluere subditum existentem Romæ; & sic de omnibus aliis casibus.

RESOL. XI.

An Episcopus possit dispensare in suspensionibus, & irregularitatibus virtute Concilii Tridentini less. 24. cap. 6. tantum in foro conscientia, & intra Diocesim?

Et an dicta facultas possit exerceri ab Episcopo erga suos subditos in absentia, & sive Episcopus, sive subditi int extra Diocesim? Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 116.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondent Henriquez lib. 14. c. 20. num. 5. Aula de cens. part. 7. disp. 10. dub. 6. Vgolinus de posef. Episc. c. 57. §. 2. n. 6. Riccius in praxi tom. 1. refol. 518. n. 7. Alzedus in praxi Episc. part. 2. c. 6. n. 42. Rodriguez, Perez, & alii, alferentes Episcopum non posse dispensare in suspensione extra suam Diocesum virtute illius decreti, & tam per misericordiam, & non per facultatem, ut patet in Vgolinus valere tantum pro foro interno.

2. Verum contrariam sententiam non minus probabilem esse existimo, quam tuetur nouissime Ioani. Præpositus in 3. part. D. Thom. quæst. 1. de cens. in com. dub. 14. num. 99. & ante illum Sanchez in sum. tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 12. Nam Concil. Trident. illa vñ bas, in foro conscientia, & in diocesi sua, non apponit in priori parte, in qua conceditur dispensandi potestas in irregularitatibus & suspensionibus; quare dicta facultas potest exerceri erga subditos suos ab Episcopo in absentia, & sive Episcopus, siue subditi sunt extra diocesim, atque dispensatio non

Quoad Absol.& dispens.&c. Resol.XII. 303

non solum pro fato interno, sed etiam pro externo
poterit, quia ut dictum est, Concil. Trid. absolutio
& ab aliis predictis limitationibus facultatem in his
casibus Episcopis concessit; & hanc sententiam ex
parte, neque posse Episcopum dispensare super irre-
gularitate & suspensione extra diocesim, tenet etiam
Barbola de potest. Episc. part. 1. allegat. 39. num. 7.
Figueras praez. 2. lib. 8. c. 8. n. 35. & Suarez in 3. parti-
bus, dicit. 4. 1. secl. 1. n. 10. & 12. in fine & ita in fa-
cti contingenti cum viris doctissimis his diebus,
confidit curdam Antititum potuisse dispensare super
quodam irregulatatem sui subditi, licet ipse Antititus
est in aliena diocesim, & subditus est etiam abfensus
qua dispensatio dari potest absenti, & ut dictum est,
illi restituto in fato conscientie & in diocesim sua in-
telligenda est de illa posteriore parte in qua
Concilium concedit Episcopis facultatem absolu-
ti a casibus referuntur.

RESOL. XII.

Ad Episcopi vigore dicti Decreti Concilii possunt ab-
soluta extra confessionem sacramentalem, &
dispensare in irregularitatibus omnibus, & suspen-
sionibus excepto occulto prouenientibus, excepta ea
irregularitate, que eritur ex homicidio voluntario.
Et an Episcopus possit vii dispensare facultate, ut si
tam ipse, quam subditus sint extra Diocesim:
Ex a dicta dispensatio valeat pro fato exteriori. Ex
p. 7. c. 10. Ref. 10.

Sup. hoc in
casis late-
ra & la-
civis fe-
deris & con-
camor.
N. Egualiam sententiam tenet Barbola de Po-
nif. Episc. part. 2. alleg. 39. n. 8. Cum Epis-
copus in irregularitatibus omnibus, & suspen-
sionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea
quae eritur ex homicidio voluntario, valcat dispen-
sare cum subditibus, hac potestate uti poterit intra,
vel extra diocesim, iuxta principiū dispensationum,
ut vero in abolitione a quibuscumque casibus oc-
cultis, etiam sedi Apostolicae referuntur, de quibus
agit secunda pars cap. 6. cum habeat esse sacramen-
talis, ut ibi ostendit in illis verbis, in fato con-
scientiae, ut gratis absolue, imposta penitentia salutari, &
non possit fieri per nuntium, vel per litteras, requiri-
tum quod fatibat Episcopo praesente penitente intra
diocesim committantibus.

1. Et quod verbi illa, in fato conscientiae, sint in-
tellegenda, id est, in fato Sacramenti Penitentiae, &
in Confessione Sacramentali, refert plures sacra Car-
dinalium Congregationem censuiles Nicol. Garcia de
benef. par. 11. c. 10. n. 119. refoluit Aloys. Ricci; in pra-
fato Eccles. ref. 445. n. 8. Et accepi a quodam docto-
viro, ita tenere proxim S. Penitentiae. Hucusque
Barbola, cui adde Garciam de Beneficiis par. 11. cap.
10. num. 139.

2. Sed affirmantur sententiam alibi docui, &
nunc docuo cum Nauarro lib. 5. c. 11. n. 2. de priu-
lano, & Sanchez in summa tom. 1. lib. 2. c. 11. num. 13. Suarez
de st. 4. 1. secl. 2. n. 11. & de Religione, tom. 2.
parte 1. prefundit. Et respondeo, ut etiam Ricci, in
ref. 5. 1. secl. 2. n. 11. & 12. lib. 2. c. 11. num. 13. & 14. Floron de cas. reser. part. 1. c. 4. §. 7.
n. 17. Pharaonio in prompt. tr. 1. secl. 18. cas. 3. 1. Ga-
lilio in man. Episcop. verb. absolutor. n. 9. Lazzatio
de monitori. §. 4. q. 15. n. 9. Claudio Solerti de po-
tenti. Confess. c. 30. §. 1. num. 6. & alii. Et ratio est, quia
particula illa apposita in Concilio, in fato con-
scientiae, non requirit quod haec absoluere impendatur in
Sacramentali Confessione, sed solum importat, ut ab-
solutor ista non valeat pro fato exterioro, forum enim
interius alius est Sacramentalis; aliud vero con-
scientiae. Unde non gravabor hic apponere verba Agidij
Trullanch. in decalogum 10. 1. lib. 1. c. 3. dub. 4. n. 7. vbi
Tum. III.

sic ait. Potest Episcopus, hanc sententiam sequitur in
absentia absoluere subditum ab hac excommunicati-
one, aut alia referuata, qua sublata, potest quini
confessarius absoluere a peccato. Ratio est, quia ab
solutione excommunicationis potest in absentia impé-
di, ut communis DD. assertit: de quo vide quia dicti
missus in nostra Bulla loco citato dub. p. 12. 317. a
S. cius prima not.

Sup. hoc in
tom. 1. secl. 2.
Ref. 1. §. 10.
lege doctrin.
a Ref. 18. &
S. cius prima
not.

Figueras praez. 2. lib. 8. c. 8. n. 35. & Suarez in 3. parti-
bus, dicit. 4. 1. secl. 1. n. 10. & 12. in fine & ita in fa-
cti contingenti cum viris doctissimis his diebus,
confidit curdam Antititum potuisse dispensare super
quodam irregulatatem sui subditi, licet ipse Antititus
est in aliena diocesim, & subditus est etiam abfensus
qua dispensatio dari potest absenti, & ut dictum est,
illi restituto in fato conscientie, sicut restringit
tur facultas absoluendi a referuntur, ut bene etiam
aduerterit Suarez d. secl. 2. n. 10. & 12. illa vero parti-
cula, quo scilicet subditos in diocesim sua, intelli-
genda est, id est erga subditos suos Diocesis tantum;
quocumque modo illi subditi sint, vel quia sunt ordi-
narii subditi, viro qui ibi domiciliū habent, vel
quia subduntur quoad solum Penitentiae forum, co-
dici in sua Diocesia inueniantur tanquam aduenae,
& peregrini, ut bene Sanchez sup. n. 17. vnde n. 18.
infacti possit Episcopum praedicta facultate uti, ut si
tam ipse, quam subditi sint extra Diocesim. Et hoc
omnia auctor Tullanch. loco citato, cui adde Sancta-
rum tract. de Haretis, c. 5. dub. 1. n. 21. qui nota Sa-
cram Congregationem primam sententiam tenuisse,
quod si verum esset, non obstantibus supradictis non
est ab illa recedendum; Purpuratorum responsa, vt
est, reuerteri oportet.

4. Ex omnibus supradictis appetit acriter repre-
hendendum esse Ricciullum de iur. person. lib. 5. c. 16.
n. 2. vbi docet particularum, in fato conscientiae, valere
etiam quodam priorem partem Decreti Concilii Tri-
dentini, hoc enim fallum est, id est, ut supra docui fa-
cilitatem dispensandi in irregularitate, & suspensione
contraria ob delictum occultum possit Episcopum ex-
ercere extra Penitentiae Sacramentum erga suos sub-
ditos puto omnino certum, & tenere communiter
Doctores infra citandi; quia illa particula in fato con-
scientiae, non est apposita in priori parte dicti Decreti
Tridentini, vbi conceditur facultas dispensandi; pro-
inde poterunt Episcopi dispensare non solum extra
Sacramentum Penitentiae, sed etiam quodam vtrumque
forum, ita ut dispensatio proficit etiam pro fato exter-
iori, quia dicta facultas dispensandi cōcessa est absque
limitatione, ut præter Tullanch. obseruat etiam Bol-
lius de Iubileto secl. 1. cas. 10. §. 7. num. 1. & alij.

Sup. hoc in
lib. 5. c. 16.
tritum præ-
dictarum Ref.
& aliarum
earum anno-
tationum. &
supra in tri-
2. Ref. 1. §. 10.
fine.

Supra in Re-
solutionibus
que hic sunt
9. 10. & 11. vel
hanc parti-
culam supra,
intellige in
principio
§. 1. huius
Ref. & §§.
positos in
anior. secgo
da huius
Ref.

RESOL. XIII.

Quinam includantur nomine subditorum in dicto De-
creto Concilii?

Et inter alia da etiā Legatum habentem facultatem
dispensandi ab irregularitatibus in Provincia sibi
subiecta non posse dispensare cum Scholaribus, &
alienigenis intra illam ad tempus degentibus, sed
cum perpetuo mansari.

Et an Episcopus possit uti praedicta facultate Concilii
quodam dispensandum cum forensibus seu non haben-
tibus firmum donacionis, videlicet cum Scholaribus,
Mercatoribus, Medicis, Praetoribus, &c. in
voce irregularitatibus, & suspensionibus Papalibus?
Ex p. 7. tr. 2. Ref. 11.

§. 1. N omine subditorum in hoc Decreto intelligi-
guntur primò vagabundi, quia cum nullib[us] na & per-
habent domiciliū subdatur Episcopo in cuius Dice-
sonis contenc[er]tis in hac
cesi reperiuntur: vt latè Suarez 4. tom. in 3. part. disp. Ref. signan-
to secl. 2. n. 3. & Sanchez liv. 3. de Matriam, disp. 25. ter pro ablo-

CC 2 num.